

## IV.

# Der selbständige Teil von Kerssenbrochs „Catalogus episcoporum Mymingardeorden- sium, nunc Monasteriensium“ (1532—1577).

Herausgegeben von

Kl. Löffler.



Hermann v. Kerssenbrochs letzte historische Arbeiten, die er als Rektor in Paderborn verfaßt hat, sind zwei Bischofskataloge: der von Paderborn und der von Münster. Der eine war nach dem Widmungsbriebe am 15. Juli 1578 fertig und wurde noch in demselben Jahre in Lemgo gedruckt.<sup>1)</sup>

Der münsterische ist wohl gleichzeitig oder noch etwas früher bearbeitet; denn die Widmung ist vom 1. September 1578 datiert, während die Darstellung nur bis zum April 1577 führt.

Er ist ebenfalls für den Druck bestimmt gewesen. Unter dem Titel: „Catalogus episcoporum Mymingardeordensium, nunc Monasteriensium. Per Hermannum a Kerssenbroch, nunc scholae Padibornensis et collegii Salentiniani moderatorem, repurgatus“ steht nämlich in der Handschrift die Anweisung für den Drucker: „Hoc loco pone insignia capituli, inde versus subsequentes.“

Der Druck ist aber aus unbekannten Gründen unterblieben, und das Werk liegt uns nur in einer Handschrift des Staatsarchivs zu Münster (Msc. I, 229) vor.<sup>2)</sup>

1) Exemplare in der Königlichen Bibliothek Berlin und der Universitätsbibliothek Münster.

2) Das erste Stück der Sammelhandschrift 161 des Altertumsvereins (im Landesmuseum) wird mit Unrecht für Kerssenbrochs Arbeit ausgegeben. Es ist eine Komilation aus mehreren Quellen. Die Abschnitte über Franz von Waldeck, Wilhelm Ketteler, Bernhard v. Raesfeld usw. stammen allerdings aus unserem Katalog.

Das Widmungsgedicht „M. H. a. K. candido lectori s.“ lautet:

Nomina pontificum praeclaraque gesta piorum,  
 Paule, dioecesin qui coluere tuam,  
 Qui docuere, Deus qua sit ratione colendus,  
 Et pacis studio parta dedere tibi,  
 Qui virtute sua vel iustis fortiter armis  
 Quaesivere tuo commoda magna solo,  
 Annales equidem veteresque secutus elenchos  
 Persequar, agresti sed renovata stilo.  
 Si quid in his scriptis falsi deprenderis ergo,  
 Annales culpes, non mea scripta, precor.

Darauf folgt ein Zitat: „Ex Cicerone. Prima lex historiae est, ne quid aut falsi dicere aut veri suppressimere in alicuius odium aut gratiam audeat. Debet enim esse vera et sincera.“

Bis hierher ist die Titelseite von Kerßenbroch selbst geschrieben. Eine andere Hand hat ein nicht hierher gehöriges „Carmen numerale Eobani Hessi“ über die Eroberung Münsters daruntergelegt. Auch die Widmungsvorrede<sup>1)</sup> an das münsterische Domkapitel, in der Kerßenbroch seine Ansichten über die Entstehung des Adels darlegt und das Kollegium auffordert, an seinen Rechten und Privilegien festzuhalten, ist von fremder Hand kalligraphiert,<sup>2)</sup> von Kerßenbroch nur mit einigen Nachträgen am Rande versehen und eigenhändig unterzeichnet. Weiter sind von ihm selbst geschrieben Bl. 5—16 der Einleitung (über die Entstehung der Stadt, die vorkarolingische Missionstätigkeit in Westfalen und die Taten Karls d. Gr.) und der „Index rerum memorabilium“ (Bl. 17—29). Der eigentliche Bischofskatalog (Bl. 1—164) ist wieder von anderer Hand — wohl nach Kerßenbrochs Entwurf — geschrieben, aber von Kerßenbroch selbst mit Verbesserungen und kurzen Inhaltsangaben am Rande versehen worden. Die Inhaltsangaben und die Foliierung sind mit roter Tinte verzeichnet.

Für die ältere Zeit schöpft Kerßenbroch selbstverständlich in der Hauptfache aus früheren Geschichtswerken: Einhard,

<sup>1)</sup> Bl. 2 und 3.

<sup>2)</sup> Detmers Angabe in der Einleitung zu seiner Ausgabe von Kerßenbrochs Wiedertäufergeschichte S. 457 ist nicht richtig.

Bernhard Witte, Albert Kranz, Cincinnius, Levolt von Northof, Ertwin Ertman, Dietrich Lilie und vor allem den früheren Bischofschroniken von Münster.<sup>1)</sup> Er nimmt ja selbst im Titel und in dem Gedichte nur das Verdienst in Anspruch, die Quellen gesäubert und stilistisch überarbeitet zu haben. Doch zieht er mehrfach auch Urkunden heran, die er dann in Auszügen oder wörtlich mitteilt. Detmer hat ihre Zahl auf 17 angegeben. Die selbständigen Notizen sind vorwiegend von rein lokalem Interesse<sup>2)</sup>.

Von größerem Werte ist der letzte Teil des Katalogs, der im Folgenden mitgeteilt wird. Er behandelt die Zeit, die Kerßenbroch selbst miterlebt hat. Von 1550 bis 1575 war er in der Bischofsstadt Rektor der Domschule. Der Abschnitt über Franz von Waldeck ist zwar nur kurz und enthält sachlich wenig Neues. Für die Herrschaft der drei übrigen Bischöfe und Johann Wilhelms von Kleve bietet das Werk dagegen einige nicht unwichtige Beiträge zur münsterischen Bistumsgeschichte, die zur Ergänzung der späteren, bereits gedruckt vorliegenden<sup>3)</sup> Arbeiten Röchells, Stevermanns und Corseys dienen können. Hervorzuheben ist vor allem der Bericht über den Einfall der Braunschweiger im Jahre 1563.

\* \* \*

[Bl. 134 b.] De Francisco a Waldeg, 50. ecclesiae Monasteriensis episcopo.

Franciscus, antiquo de sanguine Waldeg procreatus, concordibus dominorum suffragiis anno 1532. prima die Junii in episcopum Monasteriensem designatur et in Erici demortui locum suffectus omnes arces et totius dioecesis plenam administrationem ob disparem subditorum religionem eorumque multiplices contentiones suscipit. Anno subsequenti, nempe 1533. dominica Jubilate episcopali pompa introducitur.

[Bl. 135 a] Hic bonus et clemens princeps<sup>4)</sup> totam dioecesin seditionibus et motibus internis religionis causa turbatam, cives rebelles et decreta episcopalia excutientes reperit. Ideoque variam fortunam, dum viveret, expertus est. Saepe per literas protrepticas et dioecesana comitia Monasterienses oboedientiae erga imperium admonuit, ne et sibi indignationem principum imperii sua rebellione parerent. Sed cives piis et clementibus principis admonitionibus

<sup>1)</sup> Vgl. die Untersuchung von Detmer a. a. D. S. 458 f.

<sup>2)</sup> Detmer ebenda.

<sup>3)</sup> Geschichtsquellen des Bistums Münster Bd. 3.

<sup>4)</sup> Kerßenbroch sieht auch in seiner Wiederläufergeschichte an Franz von Waldeck nur die Lichtseiten.

prae fractiores redduntur. Princeps vero pace nihil prius habens ordines dioecesis pacis conciliandae causa Telgetum convocat,<sup>1)</sup> et ut eam rem non suo solius arbitrio egisse videatur, externorum principum consiliariis [Bl. 135 b] utitur. Monasterienses autem in nocte nativitatis pacifici Christi omni armorum genere et curribus instructi exeunt, ante auroram diei sancti Stephani anno 1533.<sup>2)</sup> sine ulla belli denunciatione oppidum invadunt, pacis autores ibi collectos, qui sibi fuga non consuluerant, capiunt, captos curribus impositos et omnibus ornamentis, imo annulis signatoriis spoliatos Monasterium cum tripudio invehunt. Agitur hinc multis modis de redimendis captivis et pace reddenda constabiliendaque, sed frustra. Tandem princeps illustrissimus Hassiae sese interponit et totam hanc contentionem [Bl. 136 a] confectis literis et utrinque signatis componit.<sup>3)</sup> Sed Monasterienses novitatis avidi transactionem illam violatis literis signatis excutientes eo dementiae, impietatis et impunitatis deveniunt, ut munitionibus suae civitatis confidentes, magistratu partim connivente, partim negotium illud promovente anabaptismo, quem Bernardus Rothmannus docuit, sese contaminarent, illum in clandestinis primum concionibus bombardae sonitu ad certas suae farinae civium aedes privatas convocatis docerent, inde paulatim crescente suorum numero manifeste profiterentur et defenderent, partes suas in dies singulos ignotarum gentium confluxu [Bl. 136 b] augerent.

Hinc anno 1534. ipso die Scholasticae virginis<sup>4)</sup> anabaptistae bene mane forum armati occupant et muniunt, unde ecclesiastici et catholici cives insidias et caedem sibi parari facile intelligunt. Proinde et se in coemiterio Transfluviano adversus vim retinctorum armant, principem et paganos in auxilium vocant. Sic utrinque in armis per eam noctem excubant. Postridie pagani ante auroram suo more armati adsunt ad quaelibet parati. Princeps vero cum tam subito se armare non potuerit, adventum in omnium bonorum perniciem differt. Interea retincti [Bl. 137 a] principis adventum metuentes hoc sibi studio habent, ut transactione dissidium subito, priusquam princeps adsit, sopiatur. Agitur itaque utrinque per feciales de pace, et datis utrinque obsidibus pax canina initur. Inde quisque positis armis suos penates repetit. Mox retincti rupto foedere claves urbis postulant et accipiunt. Cum divites iam essent egressi, pro suo arbitrio retincti in urbe grassantur. Tandem ad eam magnitudinem secta crevit, ut iam eius asseclae non clanculum, sed palam ad urbis imperium contendenter. Rebus itaque omnibus iam confirmatis bonos et innoxios cives exutis omnibus urbe [Bl. 137 b] in exilium pellunt, soli urbe omniumque profligatorum bonis potiuntur et hanc, cum obsidionem metuerent, magis magisque muniunt eamque novam Hierosolymam appellant, templa diruunt, sacra

<sup>1)</sup> Im Folgenden gibt R. einen gedrängten Überblick über den in seiner Wiedertäufergeschichte behandelten Stoff.

<sup>2)</sup> R. beginnt auch in der Wiedertäufergeschichte das neue Jahr mit Weihnachten.

<sup>3)</sup> Vertrag vom 14. Februar 1533.

<sup>4)</sup> 10. Februar. Die Unruhen dauerten vom 9. bis 11.

profanant, deiectis consulibus et senatoribus antiquae pietatis sceleratissimos quosque substituunt, iis quoque tandem remotis duodecim causarum emergentium iudices (quos seniores in Israel vocant) eligunt, quibus omnium rerum in urbe potestas committitur.

Hinc iterum ea forma reipublicae in monarchiam per Joannem Leydanum sarcinatorem, hominem admodum versipellem, annorum 26. commutata est, [Bl. 138 a] cum se regem et Knipperdrollingum sibi vicarium constitueret, omnes urbis opes invaderet, polygamiam introduceret eamque contra multorum oppidanorum sententiam (unde horronda seditio et cruenta caedes est exorta) defendaret, auream argenteamque monetam cuderet, concionatores in varias mundi partes dilatandae sectae causa emitteret, qui omnes ad unum interficiuntur.

Tandem hic rex, cum proditionem suae urbis timeret, duodecim duces creavit, inter quos episcopatus et principatus Germaniae nondum adeptos partitus est. Hos portis urbis primum praefecit.

Hanc urbem sua impietate imperio [Bl. 138 b] suoque principi sic factam rebellem Franciscus anno 1534. in capite quadragesimae septem tentoriis erectis obsedit.

In praesidium huius belli tota dioecesis exactiones aliquoties pendit. Bis, scilicet die Lunae post festum pentecostes ac in ipsis nundinis Grevoniensibus<sup>1)</sup> multis militibus desideratis frustra quidem urbs oppugnatur. Inde princeps praesidio ab imperio sibi decreto adiutus belli compendium quaerens vallo et fossa interpositis et communis septem castris urbem cinxit et sic oppidanos constrinxit et arctavit, ut neque exitus neque ingressus in urbem cuiquam patuerit. Unde tanta paulatim in urbe rerum necessiarum [Bl. 139 a] penuria esse coepit, ut omnibus absumptis canes, feles, glires, ranas, mures et ea, a quibus natura hominis abhorret, in cibos verterent neque a priorum liberorum esu abstinerent et multi fame extinguerentur et ideo ad arma inutiles urbe pellerent. Post diuturnam tandem obsidionem anno 1535. in nocte sancti Joannis Baptiste Hensulo Langenstratio, milite gregario, rationem capiendi monstrante et aliis praeeunte urbs per crucis portam capit.

Urbe iam capta victores miserandam, sed meritam in retinetos lanienam exercent. Fit triduum et ultra deflenda hominum strages. Occiduntur sine discriminione omnes praeter mulieres et pueros. Capita exsecrandae [Bl. 139 b] factionis, Bernardus Knipperdrollingius indigena, Bernardus Krechtingius, pastor quondam Gylthusianus, et rex ipse Joannes Leydanus cum regiis suis insignibus, corona, sceptro, calcaribus, annulis, torquibus et catenis aureis, capiuntur. Autor vero et coriphaeus huius sectae Bernardus Rothmannus vivus in hostium manus non devenit, sed constans fama est illum bipenne dissecum inter cadavera repertum esse. Retinctorum bona in usum dioecesis et compensationem damni dati confiscantur, quorum venditioni viri octo ex omnibus statibus praeficiuntur. Capita seditionis, scilicet rex, Knipperdrollingius et Bernardus Krechtingus anno 1536. Monasterium ad [Bl. 140 a] supplicium reducuntur atque ibi 22. Januarii episcopo et magna populi concione praesente in proscenio in

<sup>1)</sup> 31. Augusti.

fori medio exstructo cudentibus forcipibus dilaniati et ferreis caveis inclusi et ad turrim sancti Lamberti suspensi suaे impietatis et temeritatis dant poenas. Et per aliquot annos post recuperationem urbis in anabaptisticae sectae reliquias princeps animadvertisit, donec retineti radicitus extirpati a motu quiescent.

Anno 1533. feria sexta post Matthaei festum<sup>1)</sup> Alena oppidum ob religionis novationem ab ignotis equitibus spoliatur. Nam in densissima nebula omnia pecora abiguntur et ita subducuntur, ut ne vitulus quidem redierit.<sup>2)</sup>

Anno 1538. Christophorus Antonius [Bl. 140 b] ac Joannes comites de Aldenburg dominica Vocem iocunditatis<sup>3)</sup> Cloppenburgum capiunt ac per totam Emslandiam grassantur immensam pecuniam a pagis singulis extorquentes, Nienhusium cum mola exurunt. His actis regreduntur. Inde die Veneris post festum Corporis Christi<sup>4)</sup> Franciscus exercitu instructissimo Emeslandiam, Cloppenburgum ac Vechtam omniaque sibi per comites adempta recuperat.<sup>5)</sup>

Anno 1540. Franciscus omnes ordines sacros adsumit.<sup>6)</sup>

Anno 1547. Antonius comes ab Aldenburg die Veneris post Judica<sup>7)</sup> tacita militum manu Delmenhorstum arcem Monasteriensibus adimit et Hermannum ab Oer, arcis satrapam, capit.<sup>8)</sup> Multa de eo motu habita sunt comitia, sed nihil [Bl. 141 a] actum est. Quare ista causa ad iudicium camerae imperialis defertur, ubi adhuc pendet.<sup>9)</sup>

<sup>1)</sup> 26. September.

<sup>2)</sup> Ganz ähnlich, nur etwas ausführlicher erzählt K. in seiner Wiedertäufergeschichte hrsg. von Detmer S. 119. Zu Grunde liegt wohl die Bischofschronik (Geschichtsquellen des Bistums Münster Bd. 1 S. 328), wo es ebenfalls heißt: ... und quam nicht ein kalff von weder. Sehr eingehend berichtet über diese Sache nach Angaben der Beteiligten Hamelmann in seiner Reformationsgeschichte (meine Ausgabe) S. 62 ff. Hamelmann gibt als Datum des Kuhraubes den 22. September an (S. 65).

<sup>3)</sup> 26. Mai.

<sup>4)</sup> 21. Juni.

<sup>5)</sup> Auch über die Oldenburger Fehde handelt K. ausführlicher in seiner Wiedertäufergeschichte S. 897 ff. Die übrigen Quellen hat Detmer ebenda S. 898 Anm. zusammengestellt. Neues nach Archivalien des Staatsarchivs Münster bei F. Fischer, Die Reformationsversuche des Bischofs Franz von Waldeck im Fürstbistum Münster, Hildesheim 1907, S. 26 ff.

<sup>6)</sup> Ebenfalls ausführlicher in der Wiedertäufergeschichte S. 900 f. nach Lilie (Osnabrücker Geschichtsquellen Bd. 2) S. 268 f.

<sup>7)</sup> 1. April.

<sup>8)</sup> Wohl nach Lilie S. 288. — Vgl. auch E. Binder, Der Anteil des Grafen Anton I. von Oldenburg am Schmalkaldischen Kriege und die Eroberung Delmenhorsts 1547, Düsseldorf 1898, S. 27 ff.

<sup>9)</sup> Der Prozeß wurde erst Ende 1670 zu Gunsten der Oldenburger entschieden. Vgl. den Aufsatz von August Freye: Der Prozeß um die Herrschaft Delmenhorst vor dem Reichshofrät und dem Reichskammergericht 1548—1685 im Jahrbuch für die Geschichte des Herzogtums Oldenburg XXI (1913), S. 175—282.

Hoc eodem anno 1545. [!]<sup>1)</sup> Franciscus apud pontificem accusatur, quod religionem catholicam excusisset, in ecclesiis et dioecesibus suis apostolicas traditiones, ritus et ceremonias ecclesiae consuetas mutaverit, scismaticas substituerit et haereticus sit factus. Pontifex proinde hoc anno<sup>2)</sup> die 11. Junii ipsum Romam ad huius causae decisionem vocat, ut non per procuratorem, sed ipse coram causae sua patrocinium agat, alioqui ipsum ob contumaciam tribus suis dioecesibus, dignitatibus, privilegiis omnibus privandum. Capitulum vero defensionem sui principis suscepit rescribitque pontifici, quid pro defensione catholicae religionis [Bl. 141 b] egerit, anabaptistarum ecclesiam turbantium colluviem suffocaverit, quantis laboribus, vigiliis et impensis pro religione catholica arma sumpserit et tandem haereses extinxerit. Ad eam rem probandam transmittit simul Joannis Bolandi<sup>3)</sup> et Hermanni a Kerssenbroch<sup>4)</sup> scripta bellum contra retinctos a Francisco susceptum et confectum continentia.<sup>5)</sup>

Anno 1548. circa festum Thomae<sup>6)</sup> Joannes Aquensis monachus ad officium suffraganei deputatus quidem, sed confirmationem nondum adsecutus a senatu ob adulterium cum uxore civis commissum capit. Unde inter clerum et senatum magnae lites oriuntur,<sup>7)</sup> quae sub Bernardo tolluntur.

[Bl. 142 a] Anno 1551. die Saturni post nativitatem Joannis<sup>8)</sup> senatus Monasteriensis petente Francisco episcopo Bernardum ab Oer, quondam urbis praefectum, capit, cum episcopous putaret illius culpa Delmenhorstum captum et a dioecesi alienatum.<sup>9)</sup> Hic

<sup>1)</sup> Wohl Schreibfehler. Gemeint ist 1547. Das Osnabrücker Domkapitel hat allerdings schon Anfang 1546 gegen Franz die Anklage auf Hezerei erhoben. Vgl. Runtiaturberichte aus Deutschland Abt. 1 Bd. 10 (Berlin 1907) S. 230 Anm. 4.

<sup>2)</sup> 1547. Der Papst schreibt, er habe gehört, daß Franz „Dei timore et huius sanctae sedis reverentia postpositis regulas et dogmata ecclesiastica apostolicasque traditiones neconon christianaee religionis hactenus in ecclesia consuetos ritus et ceremonias tanquam haeresis et schismatis cultor et propagator damnabili ausu“ geändert habe. Ebenda S. 21 Anm. 1. Vgl. auch Hüsing, Der Kampf um die katholische Religion im Bistum Münster S. 3 ff. und 149 ff.

<sup>3)</sup> Motus Monasteriensis libri decem. Coloniae 1546.

<sup>4)</sup> Belli Monasteriensis contra anabaptistica monstra gesti brevis atque succincta descriptio. Coloniae 1545.

<sup>5)</sup> Das Vorstehende ist wörtlich übernommen von D. Chyträus, Chronicum Saxoniae, Rostochii 1590, Bd. 2 S. 428.

<sup>6)</sup> Genauer in vigilia Thomae (20. Dezember).

<sup>7)</sup> Akten von der geistlichen Seite im Staatsarchiv Münster, Münstersches Landesarchiv 283 a und b und Domkapitel III A 3 dn, von der anderen Seite im Stadtarchiv V d 1. Die übrigen Quellen vgl. in meiner Ausg. von Hamelmanns Reformationsgeschichte S. 51 f.

<sup>8)</sup> 27. Juni.

<sup>9)</sup> Vgl. hierzu Röhell S. 238 f.: umb etzliche ursache, so der furste und stadt uf ihm hatten, die iederman nicht zu wiessen kreich. Zur Sache auch Finder a. a. D. S. 32 f.

cum carcere esset liberatus, contra episcopum et civitatem in iudicio camerae imperialis litem instituit.<sup>1)</sup>

Anno eodem die 3. Novembris Monasterii in parochia Transfluviana incendium exortum centum et viginti aedes absumpsit.<sup>2)</sup>

Anno 1552. octava Trium Regum in nocte horrenda tonitrua sunt exorta, quae una et eadem hora contra naturam ubique locorum per totum mundum sunt exaudita, quae nec aedibus nec silvis passim pepercerunt, [Bl. 142 b] horror quoque ultimi iudicij iam tunc imminentis homines invasit.

Anno 1553. ilustrissimus Philippus Magnus, Henrici ducis Brunswicensis filius (qui se inoboedientem patris sui filium appellat), magno equitatu peditatuque coacto in dioecesin Osnaburgensem irruens<sup>3)</sup> 15. Aprilis Iburgum, episcopi arcem iam desolatam (Franciscus enim ante horas paucas vix Monasterium effugit), nemine repugnante invadit, omnium rerum copia abundantem diripit. Inde exercitu Osnaburgam ducto civibus expugnationem minatur. Illi autem praesidio destituti pacem 27 millibus aureorum emunt. Causa belli fuit, quod Franciscus episcopus lantgravii vires et arma in obsidione superiori arcis Wulffenbuttel<sup>4)</sup> auxerit.

[Bl. 143 a] Hinc aciem in dioecesin Monasteriensem dirigit, Warendorpiam 19. Aprilis primo impetu capit et circumquaque omnia in praedam vertit. Inusitatis his irruptionibus dioecesis territa, quibus subito resistere non potuit, centum millibus aureorum pacem coacta emit. Tandem Brunswicensis die inventionis sanctae crucis<sup>5)</sup> Mindam obsidet oppidumque capit. Mox Petershagium, arem in ripa Visurgis sitam, aggreditur. Ubi cum moram aliquamdiu in obsidione traxisset, Franciscus transactione facta dioecesin Mindensem Brunswicensibus resignavit. Castris itaque inde motis Philippus Magnus cum in patriam suam redire cogitaret, Brandenburgus marchio Nurenburgicus cum instructissimo exercitu [Bl. 143 b] illi occurrit moxque in Langewiesche prope Borchtorpe 9. Julii in die dominico hora secunda pomeridiana praelium acerimum commissum est,<sup>6)</sup> ubi Philippus Magnus cum fratre Carolo Victore Brunswicenses, dux Mauritius Saxoniae et quidam ducum Lunenburgensium,<sup>7)</sup> Joannes comes Schowenburgicus cum quatuor

<sup>1)</sup> Röchell: Do fenck ehr einen pliet an iegen den raedt ratione injuriarum, den noch na seinem absterben seine kinder ausfordern und auch verloeren.

<sup>2)</sup> Röchell S. 239 verlegt den Brand auf den 10. November und gibt an, daß „über die viifftzich huser“ verbrannten. Dem Bericht Kerssenbrochs ist der Vorzug zu geben.

<sup>3)</sup> Für die folgende Erzählung des Kriegszugs der Braunschweiger folgt R. hier wie in der Wiederäufergeschichte S. 930 f. dem ausführlichen Berichte Lülfes S. 297 ff.

<sup>4)</sup> 1542. Vgl. Fijcher a. a. D. S. 48.

<sup>5)</sup> 3. Mai.

<sup>6)</sup> Schlacht bei Sievershausen.

<sup>7)</sup> Friedrich. Er starb am 20. Juli in Celle an der erhaltenen Wunde. Vgl. W. Havemann, Geschichte der Lande Braunschweig und Lüneburg Bd. 2 S. 273 ff.

aliis comitibus et innumerabilibus [!] nobilium multitudine praeter gregariorum militum copias in eo conflictu ceciderunt. Henricus tamen dux Brunswicensis senior victoram et opimam praedam in eo praelio, non tamen sine magno suorum incommodo consecutus est.

Anno eodem Henricus Brunswicensis et marchio die Martis post nativitatis Mariae festum<sup>1)</sup> iterum concurrunt,<sup>2)</sup> et in [Bl. 144 a] hoc conflictu omnis marchgravii nobilitas, in quam praecipuam spem collocaverat, cecidit.

Dum sic Franciscus Monasterii in exilio quodammodo inter cives ageret eorumque benevolentiam erga se experiretur, cives hac occasione omnia sua antiqua privilegia ante anabaptismum habita facile recuperant.<sup>3)</sup> Princeps tamen interea curis et animi dolore angitur, quod omnes suas opes et ornamenta in arce Iburgica hostili impressione et rapina amiserit, quod praeter exspectationem ditiones suea ita sint oppressae et excussae, quod diocesin Mindensem hosti dedere coactus sit. Ex his causis maerior conceptus intima viscera penetrat et in corde generosi principis ita radices agit, ut [Bl. 144 b] medicorum opem non admiserit. Waltbecam itaque reductus ipso die divisionis apostolorum, qui fuit 15. Julii anno 1553., sumpto salutari viatico circa horam septimam vespertinam inter consiliariorum astantium manus Deo spiritum suum obtulit.<sup>4)</sup>

Postridie exigua pompa funerea corpus Monasterium transvectum in aede basilica ad australe latus sepelitur, cui sarcophagus cum insignibus paululum a pavimento extans imponitur hanc habens epigraphen: Franciscus, Dei gratia episcopus Monasteriensis et Osnaburgensis, administrator ecclesiae Mindensis, de generosa et illustri comitum a Waldeg familia ortus, hic sepultus est. Qui hanc urbem [Bl. 145 a] ab anabaptistis occupatam post' longam et difficilem obsidionem civibus tandem restituit. Obiit autem 15. die Julii anno 1553. circa horam septimam vespertinam in arce Waltbeck, cuius anima requiescat in pace, Amen.<sup>5)</sup>

Huius<sup>6)</sup> optimi et clementis principis acta et gesta fere omnia cum anabaptistarum rempublicam Monasteriensem turbantium clade Hermannus a Kerssenbroch (quondam scholae Paulinae apud Monasterienses ultra annos 25 continuos et numerosae semper iuventutis magno civium commodo rector) adamussim conscripsit. Sed eam historiam senatus Monasteriensis multorum beneficiorum immemor in iniuriam optimi principis et totius Waldechianae stirpis autore iniuste capto et ducentis aureis muletato cladeque nomini et famae suea illata intercepit<sup>7)</sup> et suppressisset quidem, [Bl. 145 b]

<sup>1)</sup> 12. September.

<sup>2)</sup> Bei Riddagshausen. Havemann a. a. D. S. 283 f.

<sup>3)</sup> Eingehend berichtet A. darüber in der Wiedertäufergeschichte S. 931 ff. übereinstimmend mit der Chronik „Eine korte antekunge“. Vgl. Detmer ebenda S. 885 Ann. 4.

<sup>4)</sup> Ähnlich die Wiedertäufergeschichte S. 948.

<sup>5)</sup> Ebenso Wiedertäufergeschichte S. 948 f.

<sup>6)</sup> Von hier bis zum Ende des Abschnittes durchgestrichen.

<sup>7)</sup> Vgl. zum Folgenden Detmers Einleitung zur Wiedertäufergeschichte S. 95 ff.

nisi boni viri eandem historiam antea descripsissent. Et quamvis historiae restitutionem intra mensem senatorii vadibus Jodoco Modersonio et Bernardo de Detten constitutis anno 1573. die 18. Septembris promiserit et vades porrectis dextris se illud facturos reperint,<sup>1)</sup> non tamen in hunc usque diem fides est servata, quare hanc urbem ut ingratam, exilium voluntarium cum omnium bonorum suorum iactura eligere malens, quam liberum veritatis calamum amittere, anno 1575. deseruit, ut alias latius et explicatius.<sup>2)</sup>

**D e W i l h e l m o t e r t i o e i u s n o m i n i s , 51. e c c l e s i a e  
M o n a s t e r i e n s i s e p i s c o p o .**

Wilhelmus, strenui quondam militis Godofridi Ketteler Elverveldani filius, aliquamdiu maioris templi Monasteriensis canonicus ac illustrissimo Wilhelmo,Juliae, Clivorum et Montium duci, ad aliquot annos a consiliis fuit, qui ex variis [Bl. 146 a] legationibus, quas principis sui nomine frequenter obibat, magnam rerum plurimarum experientiam consecutus est adeo, ut in tollendis partium controversiis praecipuam laudem meruerit. Ideoque ad praepositurae summae aedis dignitatem evectus et ob singularem prudentiam et administrandarum rerum dexteritatem summus in capitulo habitus est. Sexto die post mortem Francisci anno 1553. die 21. Julii concordibus dominorum votis magno subditorum et totius dioecesis applausu in episcopum electus est. Missi sunt post electionem legati Romam, qui electionis confirmationem peterent. Cum vero eam ob Julii tertii aegritudinem non consequerentur, indultum impetraverunt, [Bl. 146 b] ut electus absque confirmatione dioecesis administrationem suscipere posset. Confirmatio itaque ad ultimum diem Martii anni subsequentis dilata est.

Jodokus de Reke,<sup>3)</sup> canonicus Monasteriensis et ad tres quatuorve annos episcopus Darptensis<sup>4)</sup> in Livonia,<sup>5)</sup> anno 1551.<sup>6)</sup> episcopatu se abdicat et Monasterium reversus ad residentiam sui canonicatus vixit satis splendide de bonis sponsae suaे relictæ,<sup>7)</sup> unde favorem canonicorum venatur, si forte ad Monasteriensem dioecesis evehi detur.<sup>8)</sup> Sed cum post mortem Francisci aleam aliter cadere, quam ipse opinabatur, animadvertisit, praebendam deserit<sup>9)</sup>

<sup>1)</sup> Detmer §. 105 f.

<sup>2)</sup> Gemeint ist seine „Apologie“ (nur handschriftlich erhalten). Vgl. Detmer a. a. D. §. 449 ff.

<sup>3)</sup> Das Folgende berichtet von den münsterischen Chroniken nur Kerstenbroch. Vgl. dazu C. Graf v. d. Recke-Volmestein und D. v. d. Recke, Geschichte der Herren v. d. Recke, Breslau 1878, §. 52—60.

<sup>4)</sup> Dorpat.

<sup>5)</sup> 1543—1552.

<sup>6)</sup> 1552.

<sup>7)</sup> Gemeint ist das Bistum.

<sup>8)</sup> Ähnlich berichtet Spormacher in der Chronik von Lünen bei v. Stein, Westfälische Geschichte Bd. 4 §. 1514.

<sup>9)</sup> Sie wurde am 18. April 1554 wieder besetzt. v. d. Recke a. a. D. §. 59.

et Joannam ab Heiden [Bl. 147 a], vestalem in Nottelen, anno 1554.<sup>1)</sup> tempore huius Wilhelmi uxorem dicit.

Anno eodem,<sup>2)</sup> scilicet 1554. Monasterii in parochia Transfluviana pestis satis crudeliter grassatur aliis parochiis illaesisis, quae scholam frequentem dissipat.

Anno 1555. die 24. Februarii ipsa die dominica, qua bacchanalia celebabantur, Wilhelmus splendido cum nobilium virorum equitatu urbem ingreditur solennique pompa introducitur, cui Antonius a Schowenburch, frater archiepiscopi Coloniensis, dominus de Batenburch<sup>3)</sup> aliquie barones et nobiles quam plurimi interfuerunt.

Eodem hoc anno mulier quaedam [Bl. 147 b] undecim pedum longitudinem habens pecuniam offerentibus sese spectandam Monasterii exhibuit.<sup>4)</sup>

Anno eodem die 12. Septembris Wilhelmus Monasterii in loco consueto clientibus dioecesis militaria beneficia renovat.

Hie etiam aliam examinis ordinandorum formam instituit. Nam cum antea solus scholae rector<sup>5)</sup> et praecensor in consistorio paradisi, hic in cantu, ille vero in literis ordinandos examinaret, et monachi ab examine ex consuetudine longa essent immunes,<sup>6)</sup> sua praesentia hoc effecit, ut non solum rector scholae, praecensor, sigillator et fiscalis in paradyso, verum etiam quatuor alii [Bl. 148 a] doctiores urbis ecclesiastae examini ordinandorum in sacello divae Catharinae sacro interessent, ut non tantum in humanioribus literis, sed et theologicis studiis periculum fieret ac tam religiosi seu monachi quam saeculares examinis censuram subirent.

Anno 1556. virgines monasterii in Hoenholte<sup>7)</sup> regulam sancti Augustini profitentes quorundam mollium ac levium hominum instinctu episcopo supplicant, ut sibi habitum et ordinem mutare liceat. Quare res cum subito a principe impetrari non posset, differtur in annum sequentem, scilicet 1557. Et cum virgines adhuc [Bl. 148 b] instarent neque finem petendi ficerent, tandem, quod volunt, a principe impetrant.<sup>8)</sup> Qui Arnoldum de Bever praepositum et Wilbran-

<sup>1)</sup> Nach Spormacher S. 1515 im Augst. Derjelle erzählt von Johanna v. Heiden: dar he wandags mitt tho gehalden hadde in canoniciatu, so van demme einen Sonne gewunnen hadde, der dar by stat, als men die beide tho samen gaff in de echteschop, datte echte mitt worde ein hoyr kindt. — v. d. R. starb um 1550.

<sup>2)</sup> Auch die folgende Nachricht fehlt in den späteren Chroniken.

<sup>3)</sup> Die Namen fehlen bei Röchell.

<sup>4)</sup> Vgl. auch Röchell S. 4. Danach kam die Dame aus Brabant.

<sup>5)</sup> Das war damals Kerissenbroch selbst.

<sup>6)</sup> Vgl. das scharfe Urteil Röchells über die früheren Zustände S. 9: Das examineren ... war anders nicht als eine spiegelfechtunge, dan iderman, der dar quam, wordt zugelaessen, ehr were gelert oder nicht.

<sup>7)</sup> Eine kurze Notiz hierüber hat auch Corfeij S. 329, wohl aus Kerissenbroch entnommen.

<sup>8)</sup> In der Urkunde vom 18. August 1557 (Original im Staatsarchiv Münster, Archiv von Hohenholte) lässt der Bischof auf einmütiges bitten der Abtissin und ihrer Jungfrauen zu und vergönnt: „das sie nu und hinfürter in stadt des weißen kleidz ehrliche schwarze kleidung sollen unnd

dum Smysinck bursarium templi maioris Monasteriensis eo ablegat, qui virginibus habitus et ordinis mutandi facultatem seu potius licentiam a principe promissam nunciarent. Quo cum venissent, virgines convocant et legationem expedunt. Illae tanto insperati nuncii gaudio subito perfusae sunt, ut vix status sui mutationem cederent. Agunt tamen legatis pro evangelio allato gratias. Judith vero van dem Broecke, sacrae aedis custos, virgo annosa et mundo mortua „Quid“ (inquit) „huc novi, ordini nostro adversum, adfertis? [Bl. 149 a] Hac vestium mutatione virgines non Deo, sed mundo, vobis vobisque similibus placebunt. Hanc ego causam Deo in extremo iudicio discernendam relinquo, quam bene aut male egeritis. Ego vero ordinem et habitum semel adsumptum nunquam viva mutabo.“ Relique autem virgines multis modis instant, ut suo exemplo habitum quoque mutaret. Se nunquam illud facturam respondet et hanc mutationem non in religionis et pietatis augmentum, sed decrementum potius fieri. Haec itaque habitum non mutat. Aliae vero omnes regulam sancti Augustini executientes postridie aurum, argentum, monilia, annulos, torques, catenas sidoniasque vestes aliaque ornamenta [Bl. 149 b] nobilium et profanarum virginum de more sumunt et sese Venerem propemodum superantes exornant. Praeterea Judith ad legatos „Deus“ (inquit), „vobis illud peccatum remittat, quod apud principem et virgines nostras fuistis autores et suasores huius mutationis et licentiae.“ Arnoldus de Bever profectus in coenobium Asbeck in morbum incidit et subito mortuus est nec vivus Monasterium reversus est, Wilbrandus vero Smysinck intra mensem naturae debitum solvit. Occidit uterque florentibus propemodum annis.

Anno 1556.<sup>1)</sup> Retburgum obssessum est, cuius deditio<sup>2)</sup> comite capto die Lunae post Exaudi<sup>3)</sup> facta est.

Anno 1557. [Bl. 150 a] misit Wilhelmus Romam legatos, qui a Paulo quarto pontifice maximo prorogationem presbyteratus et episcopalis consecrationis ad aliquot annos impetrarent. Sed trium saltem mensium prorogationem anno 1557. die 18. Julii obtinuerunt. Si vero resignare mallet, eius sibi per pontificem potestas esset. Cum autem prorsus a sacerdotio abhorret, maluit ecclesiam, sponsam suam sibi concordibus suffragiis commissam, prorsus deserere, quam presbyteratus ordinem amplecti.<sup>4)</sup> Itaque anno 1557. tertia die Decembriis dioecesana comitia in aula sua urbis habuit. Ibique causis convocationis et resignationis explicatis episcopatu se abdicat.

---

mögen gebrauchen, jedoch, die weill aller überflüß bei einen jederen unnd insonderheit geistlichß standß soll gemyndet werden, das sie sich aller weltlicher uppicheit, perlens unnd eddelgestein sollen enthalten unnd umb das hovet nit anders als einen ehrlichen doch gebrauchen, sonder sich zuchtig unnd ehrlisch, als geistlichen unnd ehrlichen junfferen woll anstehet, verhalten.“

<sup>1)</sup> November.

<sup>2)</sup> Erst 1557.

<sup>3)</sup> 1557 am 31. Mai.

<sup>4)</sup> Vgl. Röchell S. 5 f. Altenstüde zur Resignation Wilhelms sind mitgeteilt von Ethard in dieser Zeitschrift Bd. 2, 1839, S. 234 ff. und L. Keller, Die Gegenreformation Bd. 1 S. 346 ff.

Et [Bl. 150 b] quamvis multis modis ab apostolica sede, ab ordinibus dioecesis et a sanguine sibi iunctis intercederetur, nullis tamen rationibus a proposito suae resignationis abduci potuit. Quare inviti et nolentes resignationem admittunt. Rogant tamen, ne suo consilio in rebus perplexis, arduis et ad communem dioecesis utilitatem pertinentibus patriae deesse velit. Quod libenter se facturum recipit. Pro quo beneficio in singulos annos mille floreni addicuntur.

Resignatione facta turrim Lambertinam speculandi gratia ascendit variaque urbis loca pervagatus se privatum iam esse declarat.

[Bl. 151 a] *D e B e r n a r d o , 52. e c c l e s i a e M o n a s t e r i e n s i s a n t i s t i t e .*

Bernardus, Arnoldi de Raesfelt in Hameren commorantis filius, homo prudens, circumspectus, natura clemens et religioni catholicae apostolicaeque addictissimus, cum aliquot annis cellarii maioris ecclesiae et praepositi Mauritiani munus dignitatemque feliciter et cum laude administrasset, dignus a fatis habitus est eminentioris dignitatis titulo. Nam post resignationem a Wilhelmo factam concordibus dominorum suffragiis anno 1557. die quarta Decembris in praesulem dioecesis eligitur.

Hoc etiam eodem anno, scilicet 1557. magna fuit rerum necessiarium penuria. Mensura enim siliginis vendebatur [Bl. 151 b] Monasterii 16, 17 aut 18 solidis.<sup>1)</sup>

Huius tempore anno 1558. terrae motus et ventorum furibunda rabies aedes concussit et magnam arborum stragem passim in silvis fecit.<sup>2)</sup>

Temporibus Francisci episcopi senatus Monasteriensis dominum Joannem Aquensem, monachum ordinis observantiae et summi templi concessionarem, ob adulterium cum uxore cuiusdam civis commissum apprehendit carcerique includit.<sup>3)</sup> Clerus vero primarius ecclesiasticam libertatem eo minui existimans, si civilis magistratus coercioni subiceretur, proinde se huic senatus facto opposuit. Res est aliquamdiu in iudicio utrinque acerrime magnisque sumptibus agitata. Interea multi conventus sub diversis episcopis super [Bl. 152 a] hac re frustra quidem sunt habiti. Sed anno 1558. in die Hippoliti, hoc est 13. Augusti sub Bernardo episcopo lis diurna per transactionem sopitur his conditionibus: ut civilis magistratus intra terminos suos ius capiendi clericum in flagranti crimine deprehensum habeat et captus in honesta custodia conservetur ad magistratus sui requisitionem.<sup>4)</sup> Hinc versus:

Aspera lux clerum capiendi ius dabat urbi

Hippoliti, lites nova pax tollebat avaras.

Clerus plus iuris hoc foedere amisit, quam consecutus est.

<sup>1)</sup> Vgl. Röchell S. 5: es war umb pixinsteren und ware le beina eine monadt und leif der rogge dachlix uf das geldt, also das der rogge quam das scheffel uf 22 und 23 schillinge.

<sup>2)</sup> Diese Nachricht hat Kerßenbrock allein.

<sup>3)</sup> Vgl. oben S. 296. Einen ausführlicheren Bericht hat Röchell S. 6 f. und 12 ff.

<sup>4)</sup> Die Vergleichsurkunde ist mitgeteilt bei Röchell S. 13 ff.

Hic anno 1559. die 12. Novembris solenni equitatu et pompa celebri more aliorum principum Monasterium ingressus est et principem se esse declaravit.<sup>1)</sup> [Bl. 152 b] Aulam suam episcopalem intra moenia urbis auxit ac veteribus ruinosisque aedificiis dirutis splendida substituit. Adversam fortunam, cum dignus fuisse meliore tempore suaे administrationis, expertus est. Nam a quibusdam viris militaris ordinis in contemptione adducitur, cum se illi aequales esse genere arroganti et temeraria quadam persuasione gloriarentur non animadvertisentes genus a fortuna, episcopatum vero a Deo et virtute dependere. Aequalem igitur in aequalem non habere imperium somniant. Hinc se illi opponunt et oboedientiae frenum excutiunt.

Inde anno 1563. illustrissimus Ericus dux Brunswicensis<sup>2)</sup> intra terminos suaे ditionis novem millium peditum et [Bl. 153 a] quingentorum equitum (ut fama ferebat) exercitum colligit. Et cum vires suas a currentibus quotidie gregariis militibus satis confirmasset, in expeditionem suos educens Lemgoviam ac Herfordiam civitates praeteriens Wildeshusiam, dioecesis Monasteriensis oppidum, contendit ibique ad dies aliquot cum exercitu considet. Inde Vechtam et captivis quibusdam ibi ab episcopo detentis reclusis Bramescheniam pergit ibique per dies complures castris erectis haeret. Unde 19. Junii tubicinem cum literis ad episcopum (qui tunc in urbe erat) totamque dioecesin bellum illis indicturus mittit. Quarum haec fuit sententia.<sup>3)</sup>

Cum Caesareis constitutionibus [Bl. 153 b] et imperii recessibus salubriter sit constitutum, ut, si quando quis in imperio hostiliter impeteretur, vicini circumquaque manus auxiliatrices oppresso porrigan, se autem et subditos suos in summo periculo fuisse, ubi Philippus Magnus sanguine sibi iunctus superioribus annis in fines suos armata vi irruisset et in iisdem pro arbitrio grassatus fuisse, se imperialibus constitutionibus confisum a Francisco episcopo et statibus dioecesis Monasteriensis praesidium in tanto periculo implorasse et sibi publice addictum exspectasse, sed inani pollicitatione frustratum esse. Ideoque se Monasteriensium culpa irrecuperabili damno, summa et iniuria et ludibrio affectum esse, cuius damni et iniuriae [Bl. 154 a] magnitudinem eo animo hucusque pertulerit illisque pepercit, ut sua tandem sponte imperatorii edicti et aequitatis memores, quid se eo nomine deceat, agerent. Ubi vero illud negligentia sua praeter exspectationem praetermissum sit, se hoc damnum et ludibrium sibi illatum diutius ferre non posse. Si proinde eo nomine secum non paciscantur, sed haec scripta sua in ventos excusserint, se praetermittere non posse, quin ad recuperationem damni dati et nominis sui tutelam aliam viam ingressurus sit, quam coram imperatore et statibus imperii defendere facile possit. Quid inde sibi eventurum sit, altius secum expendant. Proinde quid super hac re exspectandum sit, [Bl. 154 b] clare scriptis per tubicinem sibi missum respondeant, unde quid sibi porro faciendum sit, pvideat. Datum et castris Brameschen, 17. Junii anno 1563.

<sup>1)</sup> Ausführlicher Röchell S. 11 ff.

<sup>2)</sup> Der folgende ausführliche Bericht über den Einfall der Braunschweiger wird ergänzt durch Röchell S. 21 ff.

<sup>3)</sup> Der Inhalt des Briefes nur hier.

Warendorpenses cum Ericum fines dioecesis Monasteriensis cum exercitu attigisse sentirent, sibi metuentes per legatos ab episcopo consilium atque praesidium contra vim petunt. Responsum est dioecesin nullum habere hostem, ipsos itaque ab oppressione fore tutos.

Dum Monasterienses satis diu de responso dando consultant, Ericus impatiens morae respondendi castra movet exercitumque proprius dioecesin admovet. Bombardigeri iustum exercitum praecurrentes ad portas oppidi Warendorpensis die 19. Junii [Bl. 155 a] circa horam nonam vespertinam veniunt hospitiumque noctis unius ab oppidanis petunt. Se iure hospitii usuros. Intromittuntur bona fide, maxime cum ab episcopo responsum esset hostis periculum esse nullum. Hi autem duci venturo oppidum (ut erant edocti) pandunt. Dux ingressus hostili vultu duodecim millia florenorum a civibus, si oppidum suum conservatum a flammis esse velint, poscit. Hunc tamen rigidum ducis animum virginum matronarumque fletus mitigavit, et superiorem summam ad tria millia minuit, atque ita decretam aedium tam publicarum quam privatarum exusionem hac pecunia redemerunt.

Dux ipse in oppidi medio foro considet, exercitus vero circum castra sua [Bl. 155 b] habet, unde interdum in vicinos pagos praedandi atque pabulandi gratia excurrit.

Mittitur Monasterio 21. Junii ad ducem legatio, quae deprecaretur bellum. Quae cum ad ducem non admitteretur in oppidum, cum consiliariis ante portam agit, sed nihil certi de spe pacis episcopo reportat. Quare 22. Junii secunda ad Ericum habita fide publica destinatur legatio. Et qui fuerant in ista legatione, ab hostibus fracta fide ex insidiis prope Telgetum (quod hostes tunc tenebant) fere fuissent intercepti, nisi fuga et perniciitate equorum freti vix elapsi Monasterium fuissent ingressi. Quidam tamen propemodum fuissent intercepti, inter quos Heydenricus Droste, cuius equus in ipso [Bl. 156 a] cursu cespitanus prolapsus sessorem excusuit. Ipse vero in hoc tumultu hostibus non sentientibus in sata subito proprens aliquamdiu ibi delituit. Equus autem per collum bombardae sphærule traiectus destitutusque sessore ad portam urbis contendit famaque Heydenricum transfixum et mortuum esse excitavit. Wilhelmus quoque Ketler (qui se episcopatu abdicaverat) cum curru veheretur, non fuisset elapsus, nisi ministri sui equum celerrimum relicto curru condescendisset. Nicolaus a Roedorp, equestris ordinis vir et in peregrina militia bene exercitatus, per coxam alterius eruris traiectus [Bl. 156 b] captus est ab hostibus, sed vulnus illi non fuit letale. Arnoldus Windemolle, civis Monasteriensis, in ius hostium non venisset, si equi velocitate effugere potuisset. Hostes cum fere ad portam urbis legatos persecuti fuissent, in regressu sex aedes rusticanae in prospectu urbis inieictis flammis excusserunt. Quae res oppidanos terruit, terrorque ipse ad arma excitavit. Emittuntur aliquot armati ad reprimendum hostium evagationem et hostilem furorem et ad amissos legatos inquirendos. Tres igitur ex hostium numero a nostris sunt intercepti. Quorum unus, cum iamiam facem tabernae cerevisariae apud Mauritianos admovere [Bl. 157 a] conaretur, priusquam cupidum incendium perageret, bombarda traiectus et ex equo prolapsus subito exspiravit. Reliqui duo vivi quidem, sed vulnerati

in urbem protracti sunt, qui tamen postridie exspiraverunt. Quorum unus fuit Joannes Warendorp in Evinckhoff.<sup>1)</sup>

Die 24. Junii legati Clivensium ac Monasteriensium facta securitate publica per tubicinem ad colloquium ab Erico vocantur et admittuntur. Legati Clivensium fuerunt Theodericus de Reke, satrapa Unnensis et terrae Marcanae hipparchus, Victor Knipping, satrapa Hammonius, et Caspar Lappe, Monasteriensium vero fuerunt Wilhelmus Ketler, Bernardus Morrien, praepositus aedis summae, [Bl. 157 b], Melchior a Bueren, praepositus veteris, Conradus Ketler, Christianus a Wick et Henricus Venth doctores. Illi de pacis conditionibus cum duce ad 26. diem Junii agunt, quo die tres eorum revertuntur nunciantes pacem triginta duobus millibus florenorum esse emptam. In pacis conditionibus hoc quoque actum est, ut Monasterienses centum florenos veris pauperibus erogarent, pro felici forte hostium in patriam reditu. Tandem die 27. Junii bene mane pecunia pro pace duci addicta Warendorpiam traducitur solvenda.

Dictu mirum, quam haec pax turpiter empta ipsi episcopo, qui et sanguinem suum et omnes facultates suas pro patria sua impendere paratus fuit, [Bl. 158 a] clero, nobilibus, civibus, agricolis et promiscue omnibus dioecesis incolis displicerit adeo, ut multi ex hac ignominia et dedecore in morbos incidenterint. Qui satius fuisse existimabant extremo sese periculo committere, quam emendae pacis consuetudinem introducere et hae ignominiae nota indelebili etiam posteritatem contaminare. Ericus accepta pecunia dioecesin deserit.

Anno 1564.<sup>2)</sup> magnum fuit inter Bernardum ac Arnoldum comitem Steinfurdicum de iurisdictione ecclesiastica dissidium et contentio, cum comes Monasteriensium mandatorum executionem in suo territorio non ferret ideoque dominum priorem, qui mandata eorum e suggesto denunciaverat, coperit.

Anno 1565.<sup>3)</sup> die 14. Septembris [Bl. 158 b.] Bernardus idem princeps Ruescheburgum arcem, a Joanne ab Ascheberch, filio Heydenrici, habitatam, in Lupiae ripa sitam, collecto tumultuario milite obsidet ac bombardarum ictibus ita quatit, ut fractis muris et aedificiis Joannes ab Ascheberch 18. die mensis Septembris coactus sit eam et se in manus episcopi dedere.

Causa obsidionis haec fuit. Joannes Haecke, vir equestris ordinis, moriens duas filias, alteram Margaretam nomine, alteram Ursulam haeredes impuberis reliquit, quibus mortuo patre tutores constituantur, qui et bonorum haereditariorum curam ad virginum pubertatem haberent. Inde post aliquot annos Margareta Joanni ab Ascheberg, filio Heydenrici, sine tutorum [Bl. 159 a] autoritate, anno vero 1556. die 8. Junii Ursula, altera Joannis Haecken filiorum [!], Alardo ab Hoerden cum autoritate tutorum nubit. Tutores etiam possessionem arcis Rueschenburgi reliquorumque bonorum usum

1) Vgl. Röchell S. 21: Ehr (der hertzog) hatte viele Munstersche ingesetzten, so in den stiftte alhir zu haus horden, bei sich, under welchen war auch Johann Warendorff genannt, ein erfman diesser stadt geboren. Seine Gefangennahme und sein Tod werden von Röchell genauer erzählt.

2) Das Folgende nur hier berichtet.

3) Röchell S. 25 hat nur eine kurze Notiz über diese Sache.

aequali iure utrisque filiabus tradunt. Hinc Heydenricus ab Ascheberch, pater Joannis, clanculum collecta manu arcem Rueschenburgum vi nocturno tempore occupat, quam rem Wilhelmus, episcopus Monasteriensis, non ferens tutoribus arcem bonorumque administrationem restituit. Anno autem 1564. die 9. Martii Ursula, Alardi ab Hoerden coniunx, sine liberis decedit. Mox anno praedicto in fine Martii in absentia Hoerden Joannes ab Ascheberch [Bl. 159 b] Hoerdeni partem dimidiā urbis invadit ministrosque illius abigit et solus arce omnibusque illius bonis potitur. Defertur haec querula ad principem et ad omnium statuum seu ordinum dioecesis decisionem, qui Hoerdeno dimidiā partem arcis et proventum eius restitutionemque decernunt. Et cum principis admonitionem non admitteret, princeps collecto exercitu ordinum dioecesis consilio Ruescheburgum ob-sidet, oppugnat et tandem Joannem ab Ascheberch subsidiarium militem a patre frustra exspectantem ad deditio-nem compellit ipsum-que aliquamdiu captum detinet. Joannes autem ab Ascheberch prin-cipem quasi publicae pacis violatorem ad iudicium camerae imperialis [Bl. 160 a] vocat, ubi cum aliquamdiu lis agitata esset, tandem per transactionem negotium est pacatum.

Anno eodem, scilicet 1565. die 30. Octobris, cum mercatores Monasterienses a nundinis Osnaburgensibus redirent, prope Lengerick, pagum comitatus Tekeneburgensis, a quibusdam equitibus nomine nobilium fratrum ab Ascheberch capti sunt tres cives Monasteriensis, scilicet Hermannus Trennecamp, Godofridus Specht et Theodoricus Kemner eo, quod senatus Monasteriensis cum aliis dioecesis statibus in expugnationem Ruescheburgi consensisset. Ea conditione capti sunt, ut fide captivitatis servata se ad undecimum diem Novembris in arce Poppenburg ducatus Brunswicensis sisterent. [Bl. 160 b] Senatus hac re cognita huic se captivitati interposuit, eosdem cives cepit, captos in aedes suas proprias collocavit, unde eos exire vetuit, donec ipse externam illam captivitatem propugnet.

Anno 1566. Pius quintus pontifex maximus ad Bernardum scribit<sup>1)</sup> se a Germanicarum rerum peritis intelligere Germaniam haeresibus variis ex inhonesta et turpi ecclesiasticorum vita labefactari. Nam qui laicis lumen praeferrent ad recte, honeste pieque vivendum, eos in scortatione et concubinatu demersos esse, qui concubinas non solum domi habeant, verum etiam eas secum sine ullo timore Dei, sine ulla hominum verecundia circumducant, in conviviis passim adiunctas habeant easque ordinis [Bl. 161 a] et dignitatis sua nominibus appellatas et hac impudenti vitae nequitia populum offendant. Hinc esse, quod ab haereticis contemnatur et liberius sectis suis invigilent. Huius mali remedium non aliud esse, quam ut clerici et sacerdotes concubinas seu focarias suas dimittere et vitam professione dignam degere compellantur. Hortatur itaque Bernardum per supremum Dei iudicium, ut officii sui memor clericorum in sua dioecesi vitam, actus et mores inspiciat, correctione digna corrigat, focarias habentes a se eas pellere compellat et contumaces iuxta canonicas sanctiones puniat etc.

<sup>1)</sup> Im Folgenden gibt Kerssenbrock eine ziemlich genaue Inhaltsangabe des bei L. Keller, a. a. D. S. 359 f. mitgeteilten Breves vom 13. Juni 1566.

Haec pontificis scripta in synodo autumnali rigido adjuncto mandato anno 1566. die 14. Octobris iussu Bernardi [Bl. 161 b] recitantur. Hinc invidiam multorum sibi conciliat, quam a concubinarum odio excitatam esse multi sibi persuadent. Ideo quidam annum resignationis his verbis incluserunt:

Et cum scorta velint, lugens, electe, recedes.

Resignavit autem in Waltbeck ad manus capituli anno 1566. die 25. Octobris circa horam octavam ante meridiem.<sup>1)</sup> Post resignationem mandatum quoque de pellendis concubinis evanescit. Ipse vero quieti se dedit et in urbe vixit serviens Deo deprecationibus assiduis ad annum 1574., quo anno die 18. Aprilis, quae fuit dominica Quasimodogeniti, post horam quintam matutinam carnis debitum solvit Deo spiritum offerens. Corpus in templo summo sepelitur.

[Bl. 162 a] De Joanne eius nominis tertio, comite ab Hoia, 53. ecclesiae Monasteriensis episcopo.

Cum Bernardus episcopatu se abdicasset, Joannes ab Hoia, iudex quondam camerae imperialis, inde episcopus Osnaburgensis, vir literatissimus et admirandae memoriae, per liberam capituli Monasteriensis electionem anno 1566. die 26.<sup>2)</sup> Octobris Bernardo suffectus est. Anno autem 1568. undecima Januarii sine magna, honesta tamen pompa inauguratur. Habuit enim equitatum trecentorum et triginta equitum non armatorum, sed nigro amictu vestitorum. Nam subito haec introductio praeter multorum expectationem suscepta est.

Hic catholicae religionis vindex et defensor [Bl. 162 b] acerrimus visitatores doctos et catholicos per Monasteriensem dioecesin allegavit suis impensis, qui pastorum passim vitam, mores et doctrinam explorarent et corrigerent.<sup>3)</sup>

Hic ab omnibus imperii principibus tam summis quam imis adamatus et pontifici carissimus fuit.

Hic etiam anno 1567.<sup>4)</sup> post mortem Remberti, praesulii Paderbornensis, in administratorem istius ecclesiae postulatur.

Anno autem 1571. Joannem Wilhelmum, Juliaci principis filium, cum consensu capituli Monasteriensis et approbatione pontificis coadiutorem sibi designaverat.

Hic<sup>5)</sup> prodigus magis quam liberalis ideoque multum aeris alieni sibi conflavit, unde, cum solvendo non<sup>6)</sup> esset (etsi multum praesidii

<sup>1)</sup> Über die wirklichen Gründe der Resignation vgl. W. E. Schwarz in dieser Zeitschrift Bd. 69, Abt. 1 S. 460 ff., wo auch Kerßenbrochs Bericht erläutert wird. Mit den auf S. 460 erwähnten Annales Monasterienses ist offenbar Kerßenbroch gemeint.

<sup>2)</sup> Röschell S. 29 hat den 28. Der 26. ist, wie Schwarz a. a. D. S. 39 feststellt, richtig.

<sup>3)</sup> Akten der Visitation hrsg. von W. E. Schwarz (Geschichtsquellen des Bistums Münster Bd. 7), Münster 1913.

<sup>4)</sup> Vielmehr 1568. In seinem Paderborner Bischofskatalog Bl. H 8 a jagt Kerßenbroch: 1568. die 22. Februarii in arce Nienhusensi designatur.

<sup>5)</sup> Gemeint ist Johann v. Hoia selbst!

<sup>6)</sup> Hier fehlt wohl ein Wort wie par.

a Monasteriensibus impetravit), maeoro quodammodo [Bl. 163 a] contabescens in morbum Herculeum incidit et lenta tabe consumitur. Moritur tandem anno aetatis suae 45., episcopatus Monasteriensis 8., administrationum Osnaburgensis 21., Padibornensis vero 7. in arce Ahusiana dioecesis Monasteriensis anno 1574. die 5. Aprilis circa horam tertiam matutinam. Inde corpus cum centum equorum pompa funerea Monasterium translatum 7. Aprilis in templo summo ad latus australis chori sepelitur.

De Joanne Wilhelmo, 54. episcopo  
Monasteriensi.

Joannes Wilhelmus, illustrissimi ducis Juliaci filius minor natu, anno 1574. Joanne ab Hoia iam mortuo (a quo [Bl. 163 b] coadiutor adscitus erat) die 28. Aprilis unanimi capituli consensu in episcopum Monasteriensem electus est. Hic cum nondum ob aetatem maturus esset imperio, constituit viros quosdam autoritate et doctrina excellentes, quorum tamen propter singularem eruditionem, linguarum scientiam et rerum multarum experientiam unum, dominum Conradum de Westerholt, summae aedis post dominum Hermannum de Depenbrock scholasterem, dioecesis praecipuum vicarium seu (ut vulgo dicitur) locum tenentem facit, qui ad annos electi maturos dioecesin regerent, quos dioecesis rectores vocant.

Ubi vero ducis Juliaci filius maior natu ultimum diem in Italia clausisset, Joannes Wilhelmus, episcopus [Bl. 164 a] designatus, in administratione politica provinciarum patri successurus erat. Ergo a capitulo Monasteriensi de electione novi episcopi saepe consultatur et in votis aliquoties disceptatur<sup>1)</sup>. Sed Gregorius 13. pontifex maximus anno 1576. per scripta iuniores canonicos iudicio imbecilliores admonet, ut seniorum suorum iudicio, aetate et experientia robورو, acquiescant, catholicum principem eligant, alioqui se nunquam electionis suae autorem futurum neque Joannem Wilhelmum se invito postulationi cessurum et sic iuniorum omnem conatum suum sine pontificia autoritate irritum fore. Tandem post longam electionis disceptationem, cum Joannes Wilhelmus ad manus capituli resignasset, dies 5. Februarii anno 1577. ad novam electionem episcopi per capitulum [Bl. 164 b] constituitur. Et cum eo die magnopere in votis discrepant, prorogatur dies electionis ad diem 21. mensis eiusdem. Quo etiam die nihil certi actum est. Interea Gregorius 13 pontifex maximus die 16. Aprilis scriptum editum ad Joannem Wilhelmum mittit,<sup>2)</sup> quo se ipsius resignationem se autore non factam non approbaturum scribit. Scribit et eodem tempore ad capitulum, ut Joannem Wilhelmum pro principe suo et vero ecclesiae Monasteriensis antistite agnoscat, cum illius resignationem se autore non sit facta, et eandem regiminis formam in dioecesi, quam hactenus habuit, retineat, donec ipse suum decretum interponat.

Quid porro sit futurum, tempus dabit.

<sup>1)</sup> Vgl. zum Folgenden Keller a. a. D. S. 303 ff. und die Alten ebenda S. 424 ff.

<sup>2)</sup> Mitgeteilt bei Keller a. a. D. S. 469.

